

silfver bestämda till Wæther Sångares årsbegängelse, och för andra hans skulder till Kapitlet, samt afsäger sig all sin fordran hos Kapitlet.

Registr. Eccl. Lundens. perg. pag. 85.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Petrus nicolai dictus de Nym. canonicus lundensis. salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi me exhibitoripresencium. domino joseph bothulphi procuratori meo et concanonico. plenam potestatem scotandi et nomine meo apropiandi omnia bona mea et singula., mobilia et immobilia in hardløse sita. videlicet tres curias. cum estimacionibus. pensionibus. agris. pratis. pascuis. siluis. piscaturis ac singulis aliis dictorum bonorum pertinenciis. In quibus petrus tulesson. symon. petrus friis resident. honorabilibus viris capitulo lundensi. pro octo marchis puri argenti ad anniuersarium wæthers sangæræ in choro lundensi annuatim celebrandum deputatis et per me leuatis necnon pro quibuscumque aliis debitis quomodocumque contractis. in quibus dicto capitulo lundensi fueram obligatus. perpetuo titulo possidenda. Insuper. predictum capitulum lundense pro omnibus debitis et solucionibus in quibus ipsum capitulum per apertas litteras suas. obligatum fuerat vsque in presentem diem. ab omni impeticione mei et heredum meorum. quittum dimitto. liberum et penitus excusatum. omnes litteras obligatorias pro quocumque tempore mihi datas. a dicto capitulo. si que in posterum inuente fuerint. cassans et annihilans per presentes In cuius rei testimonium. sigillum meum vna cum sigillis *etcetera In hac parte littera propter nimiam destructionem legi non poterat* *) presentibus est appensum datum anno domini M CCC XL quarto die beati iohannis apostoli et ewangeliste ante portam latinam.

Öfverskrift: Anniuersarium wædher sangere de tribus curiis in hardløse.

3783.

1344 d. 12 Maj.

Ringvidhult.

JOHAN HEMMINGSSON bortbyter sina gods i Ödetomta i Tolg socken, Wexiö stift, till Riddaren Nils Thureson, mot hans andel i Westramark, nemligen $\frac{1}{3}$ i Wardagra (Wallåkra) siättning samt 2 forsar i Emån, den ena mellan Fröboqvarn och Odensö, den andra under berget Förbolid, och 100 mark penningar.

L. Sparres saml. afskr. i Sv. Riks Arch. Sign. J. 6. f. 154.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Joan Hæmmingsson. salutem in Domino sempiternam. Nam [ɔ: Tam] iuris racione, quod [ɔ: quam] de approbata consuetudine, racionabiliter est inductum, vt ea que geruntur in comparatiue [ɔ: tempore ne] simul labantur cum tempore, redigantur in publica munita [ɔ: instrumenta], per que tollatur obliuio, atque commendantur clarius noticie

*) Afskrifvarens, Bo Johanssons, anmärkning.

posterorum, igitur constare volo vniuersis tam posteris quam modernis, me omnia bona mea, in ødhatompta, parochie Tolgh dyocesis wexionensis situata, cum omnibus mobilibus et immobilibus, domibus, agris, pratis, pascuis, piscaturis, siluis, locis(!), molendinarum locis, minoribus et maioribus, humidis et matidis, vbique locorum constitutis, infra sepes et extra sepes, nullisque exceptis, quocunque modo extractis adiacencijs et pertinencijs, vbicumque partibus limites et mete se extendunt, secundum omnes condiciones legum Tiehærzlag ac fastarum earundem ratione concambij nobili militi, Domino Nicholao Thuræson Exhibitis presentem [ɔ: exhibitori presencium] suisque hereditibus, ad perpetuam possessionem dimisisse. Partem vero sue possessionis in wæstramark, videlicet octauam partem de wardagra siættung, cum duobus torrentibus nneem [ɔ: in Eem] vnum inmediate a Frøboqwarn, qui se extendit, vsque insulam Odensøø, alterum sub monte Førbolijdh, ad meam possessionem, heredumque meorum, subleuabo cum centum marchis denariorum, monete nunc currentis, in prompta pecunia precio quocunque alia post posita et remota [ɔ: alio postposito et remoto]. In huius rei testimonium et euidenciam firmiorem, sigilla fratrum meorum, Nicolai Hæmmingson, et Domini Arwidhi Hemmingson, Canonici Vpsalensis, vna cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa. Datum et actum Ringwidhhult. Anno domini M. CCC. XL. quarto. in vigilia ascensionis &c.

Tre sigill äro anlagda, men blott ett, Johan Hemmingssons (lejonansigte), uppritadt.

3784.

1344 d. 12 Maj.

Riddaren BIRGER THORKILSSON af Gladsax gifver till Tommarps kloster gods i Stiby, Tågarp m. fl. för sin, sin hustrus, sina söners och andra slägtingars själar, anordnande om messor och årsbegängelse, förbehållande sig och sina efterkommande dels att bland klostrets prester, med undantag af Abboten och Skaffaren, utse den som skall läsa messorna med rättighet att uppbära inkomsterna af Tågarp, dels att till annat kloster i Skåne öfverlemna de skänkta godsen, ifall de betingade vilkoren icke uppfyllas.

Vidim. afskr. på perg. i K. Danska Geh. Arch. *)

Omnibus presens scriptum cernentibus Birgherus thorkilsson de glatsaxa miles Salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes. me viris nobiles et religiosi dominis Michaeli electo monasterij beati Petri in Tommarp necnon et conuentui ibidem bona in stighby sita in quibus resident øgharus et folæ cum estimacionibus et singulis ipsorum pertinenciis. bona in tokæthorp sita ipsis prius pro anima vxoris mee margarete bone memorie collata. Vnam curiam in bonærum in albohæret in qua residet

*) I en af Årkebiskop Jakob på dess gård Broby d. 15 Sept. 1403 utgifven vidimation.